

No. 361. 1315. 5. Nov.

Erzbischof Borchard zu Magdeburg und die Bischöfe Withego zu Meissen, Friedrich zu Brandenburg und Reynher zu Havelberg ertheilen denen, welche bussfertig den Altar der h. Anna in der Domkirche besuchen, jeder Einzelne vierzig Tage Ablass.

Borchardus dei gratia sanctae Magdeburgensis ecclesiae archiepiscopus, Wythigo Misnensis, Fredericus Brandenburgensis et Reynherus Havelbergensis ecclesiarum episcopi universis Christi fidelibus, ad quos praesentes litterae pervenerint, salutem in omnium salvatore. Bonae rei operam dare devotionem excitat, excitatam accendit, tribuit et salutem. Cupientes igitur devotionem fidelium devotius accendere et deo quantum possumus populum acceptabilem reddere et bonorum operum sectatorem, ipsum ad dei cultum venerationemque sanctorum stipendiis spiritualibus nos convenit sollertius excitare. Cum igitur deum in sanctis eius ore prophetico laudare attentius iubeamur, ut in honore beatae Annae dominus honorificentius collaudetur, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad altare sanctae Annae in kathedrali ecclesia Misnensi ob reverentiam dei et beatae Annae praedictae devotionis causa accesserint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius confisi suffragiis singuli singulas quadraginta dierum indulgentias et unam carenam, dummodo consensus diocesani ad id accesserit, in domino misericorditer elargimur. Et nos Wythigo dei gratia Misnensis ecclesiae episcopus praedictas indulgentias ratas et gratas habentes approbamus et in nomine domini praesentibus confirmamus. Datum Magdeburg anno domini M^o.CCC^o.XV^o. feria quarta post diem animarum.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit vier zum Theil beschädigten Siegeln an Pergamentstreifen.

No. 362. 1316. 3. April.

Die Markgrafen Woldemar und Johann zu Brandenburg verpfänden dem Bischof und Capitel die Stadt Dresden mit Zubehör, die sie nebst Tharand und Radeberg vom Capitel früher gekauft, für 1700 Mark Brand. Silbers.

Wir Woldemar vnd Jan von gotz gnaden marcgreuen zu Brandenborch vnd zu Lusitz bekennen ophenlich an dissem brieue, daz wir vns mit dem achbarn herren byescoph Wydychen von Mysen vnd sime godzhuse vnd sinen thumherren vereynet haben als hir nach gescriben stet. Wir setzen ime vnd sime gotzhuse die statd zu Dreseden mit der manscapht mit gerichte mit der heyde mit torpheren ane burge vnd ane veesten mit allem nütze vnd mit allem rechte, als iz von alder geweset is, vor syuenczenhundert mark Brand. sulbers vnd gewichtes zu eyne rechte phande, daz sol sten von dem neesten sente Walborgentaghe vber drie iar, vnd he oder daz gotzhus sol ie zu deme iare driehundert mark slan zû kost vph daz selue phantd, swaz auer he oder daz gotzhus der statd vnd des landes genützet an gerichte, an beete oder engerhande dinge binnen der zytd, daz suln sie vns aue slan von der koest.